Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sed inuenimus Feudistas in c. si quis per 30 ann. si de feud: defunct: contend: ut Molin: in consuet. Paris. §. 7. n. 16. Marinum Frece: de sub feud: lib. 2. quest. 28. (in aduersario consilio allegatos:) hoc in simili specie nostri praesentis casus asserentes, praesumi Dominum consensisse factae feudi alienationi ob antiquitatem temporis; Est ergo diuersum rem 30. annorum possessione in feudum sine omni inuestitura praescribere &c. si quis per 30. ab eo quod dicitur praesumi consensisse Dominum in alienationem feudi propter solam antiquitatem temporis decursi.

Cum enim Dominus (ut dictum est:) conferendo Emptori alicuius feudi (initio sine ipsius consensu alienati:) inuestituram intra annum & diem satis superq; consensiat in praecedentem feudi alienationem, quomodo quaeso dici poterit, eum in alienationem feudi illius non consensisse, nisi demum elapsis multis annis, ut ex antiquitate temporis eius consensus inferuenisse praesumatur. Sicut etiam recte traditur, eum qui longo tempore rem tanquam feudalem possedit, praesumi inuestitum

~~quomodo quaeso dici poterit, eum in alienatio~~

per